Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



tionem dns a mundi laboribus impetrasse quietis dulcedinem persuadet. et tamen uesana uniquoque mens plus assequi aspera carnalitate quam tenere blanda spiritu gaudet. plus acerbitate tribulationis quam quietis dulcedine pascitur. Quod apte nobis in semetipso israelitico populo ostendit. qui diu refectionem manne desiderare cepit. ab egypto ollas carnium. pepones. porros. cepas quoque concupiuit. Quod enim signatur in manna nisi esca gratie suauis sapiens. ad refectionem interioris uite bene uacantibus desiderata. Et quid per ollas carnium. nisi carnalia opa. uite tribulationum laboribus quasi ignibus excoquenda. Quid per pepones nisi terrene dulcedines. quod per porros ac cepas exprimitur. per que plerumque qui commeliunt lacrimas fundunt. nisi difficultates uite presentis quas a dilectoribus suis non sine luctu agitur. et tamen eum lacrimis amatur. Manna igitur cum pepomibus deserentes ac carnibus porros cepas que quesierunt. quia uidelicet pueriles mentes dulcia per gratiam quietis dona despiciunt. et in carnalibus uoluptatibus laboriosa huius uite itinera etiam lacrimis plena concupiscunt. et contemnunt habere ubi spiritaliter gaudeant. et desiderant appetunt ubi et carnaliter gemant. Horum itaque uecordiam uerida iob uoce reprehendit. quia numquid puerso iudicio perturbata tranquillis. dura lenibus. aspera mitibus. transitoria et nisi suspecta securis anteponunt. Hoc uecordiae sancta ecclesia recordetur. cum seuis extrinsecus aduersitatibus premitur. quos intra se uelut fideles continet. si eorum aduersantur fidei diu tolerauit. et dicat. Qui unum huiusmodi letatum. et esse sub sentibus delicias computabant. quia numquid mala que agunt et in quoque precedentium prauitate didicerunt. Unde et recte subiungitur. filii stultorum et ignobilium. Sciendum nobis est. quod alii intra sanctam ecclesiam uocantur stulti si tamen nobiles. alii uero sunt stulti et ignobiles. Stulti namque dicuntur esse ignobiles nequeunt. qui carnis prudentiam contemnentes. perfuturam sibi stulticiam appetunt. et ad nobilitatem interne. plus uirtutis nobilitate subleuantur. qui stultam mundi sapientiam despiciunt. et sapientem di stulticiam concupiscunt. Scriptum quippe est. Quod stultum est dei sapientius est hominibus. Hanc nos stulticiam paulus comprehendere admonet. dicens. Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo stultus fiat ut sit sapiens. Hanc stulticiam qui perfecte secuti sunt. uoce sapientie audire meruerunt. Uos qui secuti estis me. in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae. sedebitis et uos super duodecim thronos. iudicantes duodecim tribus israel. Ecce relinquentes temporalia gratam potestatis eterne mereri sunt. Quod utique

157